Оссолінськi колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) II

180. Papiery rodzinno-majątkowe Józefa Głębockiego. 1818-1832.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Głębocki 1

Excelsum Judicium!

Decreto Excelsi Judicii de 23 Augusti 813 edito,
addicta est universa haereditas post defunctum
Alexium Radomyski, bonorum Lubowica wyżni
dwór proprietarium derelicta quoad bona immo-
bilia in una medietate Josephae de Potockie Ra-
domyska, post hunc defunctum derelictae viduae,
in altera vero medietate prolibus defuncti Victo-
riae Radomyska nuptae Głębocka, Antoninae Ra-
domyska nuptae Rozwadowska, Sophiae Rado-
myska, atque Felici Antonio bin. Radomyski
A. ut A., in cujus Decreti fundamento Josepha de
Potockie Radomyska proprietaria unius medie-
tatis, jam autem Victoria, Antonina et Sophia
Radomyska, tum Felix Antonius bin. Radomyski
pro proprietariis alterius medietatis bonorum
Lubowica wyżni dwór dictorum sunt intabula-
ti, prouti id ex Extractu tabulari horum bo-
B. norum Dom. 98 pag. 318 n. 9 her. hic sub B.
adnexo videre est. —
Die 9a Junii 815 exaravit Josepha de Potockie
Radomyska in rem Victoriae Radomyska nuptae
Głębocka documentum medio cujus e medieta-
te bonorum Lubowica wyżni dwór dictorum
Decreto sub A. sibi addicta determinatam
C. partem eidem cessit ut C. — in cujus funda-
mento Victoria de Radomyskie Głębocka pro-
bante Resolutione C. R. Fori Nobilium Leo-
poliensis de 21 Augusti 822 ad Nrm 14843 edi-

D.

E.

F.

ta, cum suis juribus Cessione hac acquisitis, in statu passivo medietatis bonorum Lutkowica wyżni dwór dictorum, Josephae de Potockie Radomyska propriae, praenotata est ut D. prout idem positione 48 status passivi Extractus tabularis B: dom. 98 pag. 121 apparet.

Evenit autem quod D Felix Antonius bin. Radomyski reliquas partes medietatis bonorum Lutkowica wyżni Dwór Josephae de Potockie Radomyska vi Decreti sub A. propriae, cessione sub C. non comprehensas, Documento die 28 Septembr. 826 condito hic sub E. adnexo a matre sua praefata Josepha de Potockie Radomyska factaei acquisiverit modo — atque in fundamento ejusdem probante extractu tabulari sub B. dom. 98. pag. 365. n. 11 her. pro proprietario integrae medietatis bonorum Lutkowica wyżni Dwór dictorum Josephae de Potockie Radomyska propriae, intabulatus est — subsequo vero medietatem hanc bonorum Lutkowica cum tres quartas partes Summae 15000 f ex Chyrographo per Alexium Radomyski in personam Josephae de Potockie Radomyska die 24 Junii 797 condito in statu passivo medietatis bonorum Lutkowica dom. 98. pag. 121 n. 49 on. intabulato, profluentis, medio Documenti die 2a Augusti 828 conditi hic sub F. adjacentis uxori suae Da Feliciana de Maryniowskie Radomyska cessit, quae teste Extractu tabulari B: dom. 98 pag. 366 n. 14 her. pro proprietaria hujus medietatis bonorum Lutkowica wyżni dwór dictorum tum tarte positione 49 status passivi Extractus ta-

bularis B. dom. 98 pag. 121 pro proprietaria trium
quartarum partium Summa 15000 f. intabulata est.

Ambo hae Cessiones sub E. et F. nullitate labo-
rant, quod ex sequentibus patet:

G. 1º Testibus ad articulos positionales sub G. audiendis
et pro casu semipleni probationis juramento sup-
pletoreo per Actorem D. Josephum Głębocki explen-
do probatur D^m Felicem Antonium binom. Ra-
domyski anno 1826 matrem suam Josepham de
Potockie Radomyska petiisse ut Cessionem por-
tionum bonorum Ludowica Wyźni dwór sibi
propriarum eidem dicis tantum causa hunc
in finem exaret, ut idem matrimonium contra-
here, Cessionemve hanc futuro socero suo ad
probandam proprietatem notabilis patrimonii
monstrare possit – promittendo se facto hoc
usu Cessionem hanc matri suae Josephae de Po-
tockie Radomyska restituturum. –

2º Probatur testibus ad articulos positionales
sub G. audiendis et pro casu semipleni proba-
tionis juramento suppletoreo per D. Josephum
Głębocki explendo, Josepham de Potockie Ra-
domyska annuendo mortalis filii sui D. An-
tonii Felicis bin. Radomyski precibus circa
consensum in exarationem Cessionis hujus
expresse declarasse, quod Cessionem hanc tan-
tum eum in finem et hac sub expressa condi-
tione recognoscat, ut filius ejusdem D.nus An-
tonius Felix bin. Radomyski matrimonium
contrahere possit, ut Cessionem hanc super

bonis Lukawica wyzni Dwór non intabulet, ut ini„
to matrimonio cessionem hanc exaranti restitu„
at, utve totum hocce negotium in tali statu per„
maneat in quali ante exaratam quaestionis Cessio„
nem existebat, petendo insuper presentem circa
exarationem hujus Cessionis testem ut negotii
hujus sit memor, atque pro casu mortis exaran„
tis Josepha de Potockie Radomyska circumstantias
hasce contestari possit. —

3º Probatur testibus ad articulos positionales sub G.
audiendis et pro casu semiplenae probationis jura„
mento suppletorio per Dm Josephum Głębocki
explendo, quod defuncta Josepha de Potockie Rado„
myska Cessionem sub E. ante subscriptionem
ipsamet non legerit, quod Cessio haecce eidem per
neminem fuerit perlecta, quodve eadem Cessio„
nem hanc unde tantum et in fidem scribentis
subscripserit.

4º Probatur testibus ad articulos positionales sub G.
audiendis et pro casu semiplenae probationis ju„
ramento suppletorio per D Josephum Głębocki ex„
plendo, quod testes in Cessione sub E. subscripti
per Josepham de Potockie Radomyska ad subscri„
bendam in qualitate testium cessionem hanc re„
quisiti et subscriptioni Josephae de Potockie
Radomyska in Cessione sub E. conspicuae praesen„
tes non fuerint, quodve eadem testibus his non
declaraverit Documentum Cessionis sub E. volun„
tati ejusdem esse conforme. —

5º In epistola per Josepham de Potockie Radomy„
ska ad Dm Felicianum Potocki die 5 Augusti
H. 827 propria manu scripta hic sub H. allegata,
eadem expresse recognovit, quod Cessionem

sub

sub E. non legerit quodve D. Felix Antonius Radomyski
promiserit Cessionem hanc ad Tabulas non exhibere –
imo in Documento per Josepham de Potocka Rado-
myska immediate ante mortem instar testamenti
exarato, de 1o Januarii 828 officiose publicato in actis
Excelsi Judicii asservato hic sub J. adnexo eadem ex-
J presse recognoverit quod Cessionem sub E. unice fine adju-
vandi D. Felicem Antonium bin. Radomyski ad ineundum
cum Da Felicianna Marynowska matrimonium exaraverit,
quod neutiquam in mente habuerit Cessione hac proles su-
as spoliare, quod Cessionem quaestionis nec legerit, neque
a quodam tertio sibi perlectam habuerit, quod eandem
nonnisi eo supposito et data sibi per Cessionarium asse-
curatione non subsequendae ejusdem intabulationis Ces-
sionem hanc subscripserit – quod testes in Cessione hac
subscripti nec circa compositionem neque circa subscrip-
tionem praesentes adfuerint, quodve Josepha de Potocka
Radomyska in negotio hoc per D. Felicem Antonium bin.
Radomyski in errorem inducta fuerit. –

6o Resolutio super decreta intabulatione Cessionis sub E.
per C. R. Forum Nobil. Leopol. die 2a 9bris 826 N 27134
edita Josephae de Potocka Radomyska non fuit ad-
manuata, imo juramento litis decisivo Do Felici An-
tonio bin. Radomyski hisce delato et pro casu relationis
per Dm Josephum Głębocki explendo probatur, Dm Feli-
cem Antonium bin. Radomyski Josepham de Potocka
Radomyska in reversalibus super admanuata hac
Resolutione emissis subscripsisse – proterea –

7o Dns Felix Antonius bin. Radomyski exhibendo Cessio-
nem sub E. ad Tabulam Reg. hoc insuper usus est do-
lo, quod licet sciverit Josepham de Potocka Radomy-
ska determinatas partes sub medietatis bonorum Du-
kowica conjugi Dni Victorio Radomyska nupta Głę-
bocka documento sub L. cessisse, et in Cessione sub
E. per Felicem Antonium Radomyski fallaci modo
elicita priorem sub L. expresse confirmaverit, hac
ratione Cessio sub E. non integram medietatem bo-

(i)

nosum Lutkowica wyzni Dwór cedentis propriam com-
plectebatur, eo tamen non obstante DFelix Antonius
bin. Radomyski semet pro proprietario integro hujus
medietatis intabulari petiit, atque probante positione
11 status activi Extractus Tabularis B. pro proprieta-
rio integro hujus medietatis intabulatus est —
denique

8° Obstat D° Felici Antonio bin. Radomyski in acquisi-
tione medietatis bonorum Lutkowica wyzni Dwor
nuncupatorum ex Cessione sub E. mala fides vi §§
326 et 1463 Cod. Civ. praesentibus diserte opposita.
Quod vero attinet cessionem medietatis toties fatorum
bonorum per DFelicem Antonium bin. Radomyski uxori
suae D° Felicianae de Marynowskie Radomyska docu-
mento sub F. die 2 Augusti 828 exarato factam, hanc
quoque nullam ac invalidam esse ex sequentibus patet
etenim

9° Probatur testibus ad articulos positionales sub G.
audiendis et pro casu semipleno probationis juramen-
to suppletoreo per D^m Josephum Głębocki deferendo quod
DFelix Antonius bin. Radomyski Cessionem sub F.
Tarnovie dicis tantum causa eum potissimum in
finem exaraverit, quatenus DJosephum Głębocki hy-
potheca evicta per eundem contra Josepham de Potockie
Radomyska Sententia Excelsi Judicii die 30 Junii 821
K. ad N^m 5711 edita hic sub K. adnexa summa 2000 fl. V.V.
separato documento die 5° Januarii 828 exarato
propria manu per eetnsum scripto et subscripto
L. hic sub L. recluso per DFelicem Antonium
bin. Radomyski ad exsolvendum exassumpto pri-
vare posset — porro —

10° Probatur testibus ad articulos positionales
sub G. audiendis et pro casu semipleno proba-
tionis juramento suppletoreo per D^num Jose-
phum Głębocki deferendo quod D° Feliciana
de Marynowskie Radomyska tempore exarato

die 2° Augusti 828 Cessionis sub F. Tarnovia

praesens non fuerat — imo

11° Testibus ad articulos positionales sub G. audiendis et pro casu semipleno probationis juramento suppletorio per D^m Josephum Głębocki explendo probatur, D^m Felicianam de Maryanowskie Radomyska Cessionem sub F. non subscripsisse sed aliam personam in Cessione hac nomen ejus adposuisse — proterea

12° Probatur testibus ad articulos positionales sub G. audiendis et pro casu semipleno probationis juramento suppletorio per D. Josephum Głębocki explendo quod D^a Feliciana de Maryanowskie Radomyska testes in Cessione sub F. conspicuos ad subscribendam in qualitate testium hanc Cessionem non requisiverit neque iisdem declaraverit documentum hocce voluntati ejus esse conforme — imo

13° Cessionaria D^a Feliciana de Maryanowskie Radomyska de subsequuta in fundamento Resolutionis C.R. Fori Nobilium Leopoll: die 30° Septembr: 828 ad N^m 20193 intabulatione Cessionis F. nec scivit, neque de hoc per D. Felicem Antonium bin. Radomyski proprio marte suscepto intabulationis gressu informata fuit — quare

14° Eadem D^a Feliciana de Maryanowskie Radomyska ob deficientem Cessionis sub F. subscriptionem, adeoque ob defectum veri consensus juxta dispositionem § 869 Cod. Civ. ad validitatem cujuslibet pacti essentialiter necessarii tum ob defectum animi cessa sibi documento

sub F. objecta tamquam propria habendi, ex dispositione § 309 Cod. civ. possessionem cessorum sibi objectorum in specie vero possessionem tabularem medietatis bonorum Lutkowica Wyzni Dwór dictorum tum trium quartarum partium Summae 15000 f dom. 98 pag. 121 n. 419 intabulatarum assecuta non est.

Ex promissis itaque facti probationibus provenit alveo, quod Cessiones sub E. & F. ex pluribus Codicis Civilis dispositionibus sint invalidae et quidem

quoad Cessionem sub E.

a. Puncto 1° & 2° probatum est Dm Felicem Antonium bin. Radomyski Josepham de Potockie Radomyska ad subscribendam Cessionem sub E. eo solummodo motivo permovisse ut comonstrato sufficiente patrimonio matrimonium inire possit spondendo se Cessionem hanc ad Tabulas non exhibiturum, eandem facto usu exaranti Josephae de Potockie Radomyska restituturum et totum hocce negotium in tali statu relicturum esse in quali ante exaratam hanc Cessionem existebat — patet vero ex probatis supra Di Felicis Antonii bin. Radomyski gressibus, quod idem non fine ineundi matrimonii sed praecipue fine spoliandi Josepham de Potockie Radomyska integri patrimonii Cessionem sub E. ab eadem fallaci acquisivit modo, siquidem Cessionem hanc promissi sui immemor illico ad Tabulas exhibuerat, eandem exaranti non restituerat, imo ex eorum sibi patrimonium in dotem suam transtulerat —

(:)

idem itaque paciscentem Josephum de Potocki Radomyski in errorem essentialem induxit, quo cognito Cessio sub E. per eundem non fuisset subscripta — pactum ergo hoc sub E. ex clara dispositione § 871 Cod. civ. est invalidum — porro

b. Conditio non intabulandi et restituendi eam sancti Cessionis sub E. tum relinquendi in statu ante exaratam hanc Cessionem exi„stenti hujus negotii, est conditio licita et pos„sibilis — cum vero D. Felix Antonius bin. Rado„myski conditiones hasce non adimpleverit, hinc juxta praescriptum §§ 649 & 897. Cod. civ. jus a conditionibus hisce dependens neutiquam acqui„sivit. —

c. Puncto quoque 1º & 2º probatum est, negotium Cessionis sub E. dicis tantum causa per Jos„ephum de Potocki Radomyski et D. Felicem An„tonium bin. Radomyski initum fuisse, quod juxta § 916 Cod. civ. invalidum et secundum ea praescripta legalia judicandum est quae ad ipsum secundum veram ejus indolem spectant — et cum juxta superius probata inter paciscen„tes conventum fuerat ne Cessionarius Cessio„nem sub E. ad Tabulas exhibeat, imo ut ean„dem post subsequentam futuro socero suo communicationem Cedenti restituat et totum negotium in tali statu relinquat in quali ante exaratam Cessionem sub E. existebat, hinc inde sequitur Cedentem Documento sub E. nec possessionem physicam aut tabularem eo minus vero proprietatem medietatis bonorum Ludowica wyżni Dwór dictorum in Cessiona„rium D. Felicem Antonium bin. Radomyski trans„ferre voluisse — vera itaque negotii ejus

indoles juxta quam negotium hoc ex § 916 Cod. Civ: dijudicari debet, illa est, ne D felix Antonius bin. Radomyski possessionem aut proprietatem horum bonorum nanciscatur, hinc etiam ex hac legis dispositione possessionem et proprietatem cessorum sibi bonorum legitime non acquisivit, Documentumve sub E. ad acquisienda et in tertium transferenda hoc jura inefficax est. —

d. In Cessione sub E: etiam contra prœscriptas formalitates peccatum est, siquidem puncto 4o probatum habetur, quod testes in Documento hocce subscripti ad subscribendum in qualitate tertium quostionis documentum per Josepham de Potocki Radomyska nec requisiti neque ejus subscriptioni prœsentes fuerant, imo Cedens testibus hisce non declaravit documentum sub E: voluntati ejus esse conforme — denique

e. Puncto 1o & 2o probatum est defunctam Josepham de Potocki Radomyska in exarationem Cessionis sub E. hac sub conditione consensisse ne Cessio hocce ad Tabulas exhibeatur, ut eadem facta futuro Cessionarii Socero communicatione, exaranti restituatur, utve integrum negotium in statu ante exaratam Cessionem existenti relinquatur — cum tamen juxta puncto 3o probata Cessio hocce Cedenti Josephe de Potocki Radomyska ante subscriptionem perlecta non fuerat, eadem contextum Cessionis hujus ignoraverat et opinabatur tarosam ejusdem prœmissis conditionibus conformem esse, jam autem Cessio hocce conditiones per Cedentem stabilitas non

contineat, hinc evidens est in negotio exarato Cessio„
nis sub E. acceptationem sub aliis modificationibus
subsecutam esse, quam promissum est factum, in quo
casu juxta expressam § 869 Cod. civ. dispositionem, quo„
stionis pactum sub E. ob defectum veri consensus
est invalidum.

Quoad Cessionem sub F.

f. Puncto 10° et 11° probatum est D. Felicianam de Ma„
rynowska Radomyska Cessionem sub F. non sub„
scripsisse, imo tempore exarationis ejusdem in loco
ubi fabricabatur id est Tarnovii praesentem non fu„
isse, Cessio itaque hoc ex dispositione § 869 Cod. civ. ob
defectum veri consensus, tum ex dispositione § 884
Cod. civ. ob defectum subscriptionis in pacto scripto ne„
cessario est invalida —

g. Puncto 9° probatum est D.m Felicem Antonium bin.
Radomyski Cessionem sub F. dicis tantum causa
fabricasse — eadem itaque ex dispositione § 916 Cod. civ.
qua Cessio jurium proprietatis medietatis bonorum
Lukowica et sumarum in eadem expressarum est
invalida et subsistere non potest —

h. Puncto 13° & 14° probatum est D.m Felicianam de
Marynowska Radomyska de exaratione et intabu„
latione Cessionis sub F. utpote per D. Felicem Anto„
nium bin. Radomyski proprio marte suscepta
nihil plane scivisse, eadem itaque ob defectum
animi cessa sibi documento sub F. objecta tam„
quam propria habendi, tum ob defectum veri con„
sensus ex dispositione § 309 & 869 Cod. civ. posses„
sionem phisicam et tabularem horum objectorum
assecuta non est — denique

i. In Cessione sub F. etiam contra praescriptas for„
malitates est peccatum, siquidem puncto 12° est pro„
batum, quod testes in Documento hoc subscripti
per D.m Felicianam de Marynowska Radomyska

ad subscribendum in qualitate testium quaestionis Documentum nec requisiti neque subscriptioni Cessionario praesentes fuerant, imo eadem testibus his non declaravit documentum sub F. voluntati ejus conformes.

Probata taliter nullitate Cessionum sub E. & F. Dnus Josephus Głębocki ad deducendam competentiam suam agendi reproducit hic sub M. actum obsignationis post fata Josephae de Potockie Radomyska officiose

M. assumptum, cujus puncto V probatur Victoriam de Radomyskie Głębocka, Antoninam de Radomyskie Rozwadowska et Sophiam Radomyska esse proles defunctae Josephae de Potockie Radomyska ab intestato demortuae, easdem itaque ad successionem defunctae matris ex dispositione § 731 Cod. Civ. indubitato jure gaudere; reproducit hic sub N. Resolutionem Ex-

N. celsi Judicii die 19 Augusti 829 ad Nrm 10052 editam, ex qua patet, pertractationi haereditatis post Josepham de Potockie Radomyska ob defectum patrimonii locum non esse, reproducit hic sub O. Docu-

O. mentum per Sophiam Radomyska die 27a Decembr. 827 editum in statu activo bonorum Lutowiska dom. 98 pag. 366 n. 12 hdr. intabulatum, tum sub P. Do-

P. cumentum per Antoninam de Radomyskie Rozwadowska die 3 Januarii 828 editum eodem loco intabulatum quibus probatur Sophiam Radomyska et Antoninam de Radomyskie Rozwadowska jura sua ad haereditatem post Josepham de Potockie Radomyska DD Josepho et Victoriae de Radomyskie Cgbus Głębockie cessisse, reproducit denique hic

Q. sub Q. Decretum Excelsi Judicii die 15 Martii 836 ad Nrm 3239 editum, quo probatur haereditatem post defunctam Victoriam de Radomyskie Głębocka prolibus ejus minorennibus, utpote: Antonio,

Ludovico, Valerio atque Anastasio Głębockie addictam esse, atque probata taliter agendi competentia, proprio tum minorennium prolium suarum Antonii, Ludovico, Valerio et Anastasio Głębockie nomine, vocat in jus coram Excelso Judicio praesenti scripta actione Dnum Felicem Antonium binom. et Dnam Felicianam de Maryjnowska Cgs. Radomyskie, humillime concludendo ut judicetur quod

1º Cessio per Josepham de Potockie Radomyska in personam Di Felicis Antonii binom. Radomyski quoad proprietatem medietatis bonorum Lutowica Wyżni Dwór dictorum cedentis propria die 28º Septembris 826 exarata in statu activo medietatis bonorum Lutowica Wyżni Dwór dictorum Dom. 98. pag. 365 n. 11 her. intabulata, tum Cessio per Dnum Felicem Antonium bin. Radomyski in personam Dae Felicianae de Maryjnowskie Radomyska quoad proprietatem ejusdem medietatis bonorum Lutowica Wyżni dwór dictorum, tum trium quartarum partium Summae 15000 fl. ex chirographo per Aleksium Radomyski die 24 Junii 797 condito, in statu passivo bonorum Lutowica Dom. 98 pag. 121 n. 49 on. intabulato profluentis die 2º Augusti 828 exarata, tam in statu activo medietatis bonorum Lutowica Wyżni Dwór dom. 98 pag. 366 n. 14 her. quam etiam in statu passivo circa Summam 11250 fl. Dom. 98. pag. 121 n. 49 on. haerentem intabulata, sit nulla ac invalida — quod

2º Cessio per Josepham de Potockie Radomyska in personam Dni Felicis Antonii bin. Radomyski die 28 Septembris 826 exarata ad extabulandum ex statu activo medietatis bonorum Lutowica Wyżni Dwór dictorum dom. 98 pag. 365. n. 11 her.

tum Cessio per D^m Felicem Antonium bin. Radomyski in personam D^ae Felicianam de Marynowskie Radomyska die 2ª Augusti 828 exarata ad extabulandum ex statu activo ejusdem medietatis bonorum Lutkowica wyzni Dwor dom. 98 pag. 366 n. 14 her. & ex statu passivo ejusdem medietatis bonorum Lutkowica circa Sum 11250 fl. dom. 98 pag. 121 n. 49 on. ibidem intabulatam, sit qualificata — quod

3° Medietas bonorum Lutkowica Wyzni Dwor dictorum teste dom. 98 pag. 318 n. 9 her. Josepho de Potockie Radomyska propria, per D. Felicem Antonium bin. Radomyski in fundamento Sublicitati Cessionis die 28^a Septembris 826 exarato quesita, et per hunc medio Cessionis die 2^a Augusti 828 recognito, in D^m Felicianam de Marynowskie Radomyska devoluta, exceptis portionibus hujusce medietatis bonorum Lutkowica vi Documenti sub C. per Josepham de Potockie Radomyska in personam Victorio Radomyska nupto Głębocka die 9^a Junii 815 recogniti in statu passivo medietatis bonorum Lutkowica dom. 98 pag. 121 n. 48 on. pronotati, cessis, ad Massam hereditariam post defunctam Josepham de Potockie Radomyska sit attrahenda — quod denique

4° Conventi litis hujus expensas suo tempore liquidandas Actoribus refundere teneantur.

R. Plenipotentia sub R. in actis retinenda. —

Romanowicz

G/22 160 | 1326 6891

Actio cum allegatis communicatur 1o loco Convento, rubrum 2o loco conventae ad simultaneae intra 45 dies sub rigore § 32 C. j. excipiendum. Porro inviantur Conventi ad indicandam inter se illum cui futurae resolutiones admanuandae sint, secus 1o loco Convento admanuarentur. Demum ratione inspectionis originalium inviantur Conventi ad observantiam § 32 C. j. – Decretum in Consilio C. R. fori Nobilium Tarnoviae die 7 februarii 837.

falwarczny

11. 4. 43695

f — 12x

48x

A: 7 Maii 837 Wallim

/

D Josepho Głębocki

p Romanowicz

Praes. 31 Jan 837

No 1326

Ad

Excelsum C. R. Forum Nobilium Tarnoviense!

Actio

Dni Josephi Głębocki proprio et minorennium prolium suarum Antonii, Ludovici, Valerii et Anastasiae Głębockie nomine in bonis Łukowica Cir. Sandecensi habitantis

contra

DD. Felicem Antonium binom. et Felicianam de Marszowskie Conjuges Radomyskie in bonis Łukowica Cir. Sandecensi habitantes –

puncto annullandae cessionis medietatis bonorum Łukowica Wyzni Dwór dictorum per Josephum de Potocki Radomyski in personam Dni Felicis Antonii bin. Radomyski die 28a Septembris 826 recognitae, tum cessionis per eundem in personam Dnae Felicianae de Marszowskie Radomyska die 2a Augusti 828 recognitae.

In duplo

cum 1 Rubro.

Romanowicz

2

Głębocki

SIEBEN L E GULDEN

Z mocy zdziałaney przez WW Woyciecha Głębockiego Oyca podpisanych na rzecz WW Józefa Głębockiego względem Dziedzictwa Części Łukowicy niżni Dwór zwaney Tranzakcyi dto 15go Października 1802 Roku Libr. Hend. Thom 59 Pag. 222 Oner 15 intabulowaney Obowiązany został WJózef Głębocki oddać Juliannie Głębockiey Siostrze swoiey Summę Piętnaście Tysięcy siedem Set sześćdziesiąt pięć Złotych polskich Nro 15765 groszy 25 wypłacie, gdy atoli zmiana pieniędzy na ten czas kursujących nastąpiła, z tego powodu przyszło pomiędzy nzmyślonie i dobrowolnie ci ze Rodzeństwo Józef Głębocki i Julianna Głębocka do następującego między sobą układu. —

1mo Owe 15765 Złotych polskich 25 groszy Bankocettlowe z spomnianey Tranzakcyi pochodzące znoszą i oznaczają na Summę w Monecie Srebrney konwencyonalney w Lwanzygierach Złotych polskich Osiem tysięcy pięćset Nro 8500 Zł pol. —

2do Takową tedy teraz oznaczoną Summę Osiem tysięcy pięćset Złotych polskich w Monecie Srebrney konwencyonalney w Lwanzygierach WJózef Głębocki Siostrze swoiey Pannie Juliannie Głębockiey na dzień 24go Czerwca 1823go Roku niezawodnie wypłacić obowiązuie się, prowizyę zaś po pięć od Sta, od teraz oznaczonego kapitału w takiey iak kapitał monecie w roczney na S. Jan to iest dnia 24. Czerwca dekursywnie aż do wypłaty całkowitego kapitału rachować się maiącą wypłacać obowiązanym zostaie.

3tio Jeżeliby zaś teyże Pannie Juliannie Głębockiey prędzey iak za pięć lat za mąż pójść trafiło się na ten czas WJózef Głębocki w rok po ślubie teyże Julianny Głębockiey całkowity kapitał Osiem tysięcy pięćset Nro 8500 Złotych polskich w Monecie srebrney konwencyonalney w Lwanzygierach z wypadaiącą prowizyą niechybnie do Rąk teyże Julianny Siostry swoiey wyliczyć obowiązuie się.

4to Wjozef Głębocki bezpierwszeństwo teraz udeterminowany Summy Złotych polskich Osiem tysięcy pięćset w Monecie Srebrney w brzęczących cyfrach z prowizyą na Części swojey w Lukowicy Wyżni Dwor zwany Lib. Dom. Nro. 59. Pag. 219. Dziedziczney zapisnie y Intabulowac pozwala, dla czego JPani Julianna Głębocka na wyextabulowanie owych pod Nrem 15765 Złotych polskich 25 Groszy z pomienioney Actt 15. Pazdziernika 1807 Roku Tranzakcyi na rzecz i Osobę swoią zaIntabulowanych zezwala, i przez za Intabulowanie ninieyszego układu na Części wyspomnioney Wjozefa Głębockiego iedynie Ograniczeniem ad Rubricam onerum teraz udeterminowany Summy Osiem tysięcy pięćset Nro 8500 Złotych polskich w Monecie Srebrney konwencyonalney w brzęczących cyfrach kontentuiąc się od wszelkich pretensyi tak co do Kapitału 15 Tysięcy siedem set sześćdziesiąt i pięć Złotych polskich 25 groszy iak i co do prowizyi od tego kapitału ninieyszym Układem odstępuie.

5to Koszta Intabulacyi tey Tranzakcyi i extabulacyi 15765 złotych polskich groszy 25, tudzież reszta wszelkie z tego Interessu wynikaiące Wjozef Głębocki zastąpić i zapłacić obowiązanym będzie. Takowy Układ czyli Tranzakcyę obydwie się godzące Strony przy swiadkach których podpisybani im ani ich Sukcessorom bynaymniey szkodzi nie maią podpisuią pieczęciami ztwierdzaią i Intabulowac pozwalaią.

Działo się w Lukowicy dnia 12. Czerwca 1818 Roku.

Jozef Głębocki

Jako Przytomny Swiadek podpisuie Bazyli Jimowski

Julianna Głębocka

Jako Swiadek Stabulawy podpisał Tomasz Marszałkowski

Ingrossetur et intabuletur.
Decretum in Consilio C: R: Fori Nobil. Leopoli die 31. Martii 1819.
Sternberger

Præsens Instrumentum apud C. R. prov. Galicien. Tabulas in Lib. Instr. 181. pag. 49. ingrossatum atq Lib. Dom. 59. pag 223. n. 17. in statu passivo, nec non Lib. Dom. eod. pag. 222. n. 1. … in rubrica extabulationis bonorum Łuckawica … intabulatum esse —

Leopoli die 28. Aprilis 1819.

Nicolaus Bobowsky
Caes. Reg. Tabulae Ingross.

Præs. 3. 8bris 25798/826.

Nro 5898/819
præs. 26. Martii 819

B

[illegible]

Pr. 8109 Pag. 2 f 43 x CM.

Instrum. 181. pag. 49. Ingros. Wiśniowski
Otto Bilim 40/359.

№ 341 / 3 Głębocki

Note

Vom galizischen k. k. Landes-Praesidium

an

ein löblich k. k. Lemberger Landrechts Praesidium.

Man giebt sich die Ehre ein löbliches Landrechts Praesidium um die gefällige Auskunft zu ersuchen, ob ein sicherer Joseph Głębocki als Eigenthümer oder Miteigenthümer der Güter Zelichow und Wola-Zelichowska im Tarnower Kreise intabulirt sey, oder ob ihm vielleicht sonstige intabulirte Rechte auf jene Gütern zustehen.

Lemberg am 2. September 1832.

In Abwesenheit des Herrn Gubernial Praesidenten.

[illegible signature]

Nota

urgens

Ad Inclytum Caes: Reg. Praesidium Guberniale in L.

Mund Dabrowski

Expedit [illegible]

pty 27.8.

Inclyto C. R. Praesidio Guberniali ad suam venerandam notam de 2 7br 832 ad № 341 huc directam reponitur D. Josephum Ezechiel Głębocki ~~ex fundamento testamenti~~ pro proprietario bonorum Żelichów & Wola Żelichowska in Circulo Tarnoviensi sitorum praenotatum esse erga edocendam in termino legali habilitatem bona terrestria possidendi.

Ddo 15 Octobris 832

Esterly

vidi Jakubowicz

A II pro[illegible]

II [illegible]

[illegible]

Praes. 6 Xbris 832

6. 25100

94.

Lub

№ 341.

Vom k.k. Landespräsidium

Praes. 6 Xbris 832

An 25100

das löbliche k.k. Lemberger Landrechts

Praesidium

Erasto

Grün

24171 ex 8bris 792

4600

6. Xbr 832

393

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.